



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

SS. Barlaam & Josaphat CC. 27. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

guine oblitteravit. Ex Niceph.

Dignus planè est morte, qui tibi Domine JESU recusat vivere, & mortuus est: & qui tibi non sapit, despiciat: & qui curat esse nisi propter te, pro nihilo est, & nihil est: denique quid est homo, nisi quia tu innotuisti ei? S.Bern. serm. 20. in Cant.

SS. BARLAAM & JOSAPHAT CC.

27.Novembris.

ETiam Indis pulchra jam olim fuit juventus. Princeps hujus memoratur JOSAPHATVS regis Abenneris filius, voluptatibus ab ipsis cunabulis innutritus, & ne, quid miseria humana esset, vel nosse posset, procul ab oculis aliorum, inter omnes illecebras educatus. In tam blando carcere agentem adiit BARLAAMVS Eremi incola gemmarum mangonem præferens. Certè nobilissimam illi gemmam fidem vendidit. Mox cum deambulatum produxisset cupidum, in homine primùm mendico, tum leproso, in decrepito denique sene ad eum diem numquam visis, mundi vultum & ementitum colorem, velut in minime mendaci speculo ostendit. Laborabat itaque nequidquam parens, vel ad Deos filium, vel ad voluptates iterum abducere. Frustra absente BARLAAMO nescio quis impostor, qui vultum hujus quam simillime referebat, alia velle docere aggressus est; cum ita Numine volente palam pro Christo loqui lingua subdola cogeretur. Frustra & Theodas magus ab orco auxilia evocavit, & regia puella blanditias admovit, cum JOSAPHATVS, ostensis ab Angelo cælitum & inferorum sedibus, pluris orci pœnas, quam minas, pluris cæli gaudia, quam carnis fallacias ficeret. Tandem in melio-

.Nov.

S V
re-
it, de-
st, &
otuſſi

CC.

ntus.

s re-

una-

effet,

inter

rcere

em-

ilifſſi-

cum

nine

de-

undi

him-

nec-

l vo-

BAR-

uijus

ag-

pro

nſtra

t, &

HA-

n ſe-

cæli

m in

elio-

28.Nov. VITÆ SANCTORVM. 581
meliorem sententiam cùm patrem etiam abduxif-
set, hoc mortuo, regnum alteri cessit, & quam in-
ter homines minus poterat, inter feras angelicam
vitam, annos v. supra xxx. vixit. Accepit tamen
tumulum cum magistro suo in regiâ urbe, cui
tunc primùm mortuus videbatur, cùm ille jam
olim fuisset. Ex Ioan.Damasceno.

Salutem tuam medicus querit, qui errantem ovem
convertit, qui ad malos & bonos vocandos ad bivia
misit. Ecce & nunc tibi vendit regnum calorum: si non
habes obulum, unde emas, eme gemitu: fragmento pa-
nis calorum regnum tibi retribuitur. S. Chrysost.
hom.22.ad pop.Antioch.

S. STEPHANUS MART. 28.Novembri.

STEPHANO huic tempora cognomen Junioris
fecerunt. Natus est post votum VIRGINIS ima-
gini, quæ Blachernis colebatur, à matre factum.
Monachus non tamen Reipublicæ non profuit.
Pugnavit è latebris suis fortissimè in communem
Divorum hostem Copronymum; tum præcipue
cùm in templum Blachernense (cunas STEPHANI)
debacchatus barbarus furor est. Tunc, inquam,
STEPHANVS pro Matre & DEI & suâ pugnaturus
prodidit, & producto in conspectu tyranni num-
mo, qui imaginem ejus præ se ferebat, ostendit
facile augustissimas etiam DEI Divorumque ima-
gines honore debito colendas esse. Igitur insidiis
appetitus, & impunitatis à mulierculâ mendaci
accusatus, è speluncâ suâ ad tribunal, inde in exilium
abducitur. Ibi quoque cùm imaginum cul-
tum multis miraculis tueretur, vincit is à tergo
manibus in publicos carceres reducitur, sex pa-
nis uacias & tres scyphos in hebdomades singu-

Bb 3

las